

ma illa nō habuisset potentiam ad eripienduz  
genus humanum a captiuitate. nec mediatri-  
cis officium ad reconciliandum. et neutrum  
erat nobis expediens. **E**tiam anime xpi nō cō-  
gruebat tum quia innocētissima et beatissima  
et ideo uelle separari a uerbo non poterat. **S**z  
dicis illa diuiduntur in morte. que coniungun-  
tur in necessitate. **U**numquodq; em̄ ex quibz  
cōiungitur in illa resoluit. i. phil. et regula iu-  
ris. omnis res p̄ quascumq; causas nascitur p̄  
easdem dissoluit. **C**um ergo in natiuitate cō-  
iuncta fuerint deitas et humanitas. debebant  
etiam p̄ morte se separari. **R**espondet bonauē.  
q̄ duplex est coniunctio. scilicet naturalis et  
sup̄naturalis. **I**sta ergo que coniunguntur na-  
turaliter in natiuitate diuiduntur in morte.  
**U**nio aut̄ deitatis ad humanitatem non erat  
naturalis. **S**ed dicis si deitas nō fuit sepe-  
rata ab anima et corpore in triduo. uidetur q̄  
rōne illius coniunctionis xpc̄ in triduo fuerit uer-  
us homo. nec p̄ cōsequens mortuus. **P**icit  
bonauen. q̄ p̄ h̄c ratiōne magister sen. desi-  
cit di. xpm̄ in triduo fuisse hominem. quia ad  
hoc q̄ aliquis sit homo. necessario prē exigitur  
unio anime ad carnem. quia quicūq; est ho-  
mo mortuus. ē deficiens a cōpleta rōe hominis  
et completū non predicat̄ de diminuto. ergo  
si xpc̄ in triduo fuit homo mortuus. non fuit  
uerus homo etc. **F**eria tertia post Letare

## In die festo me

diante. ascendit iehus in templum  
et docebat iob. vii. **I**ps. iiii.

**Q**uod et ibi. di. q̄ sermones consonantes operibus  
acceptant̄. et dissonantes cōdemnant̄. **Q**ui  
ergo uult ut eius uerba acceptent̄ non solum  
uerbis. **S**ed etiam moribus et factis docere  
debet. **U**nde. ff. in probemio. **O**portet prius  
animas et postea linguas fieri eruditās. magi-  
stri etiam primū moribz. dein sciencia et faci-  
dia alios precedere debent. **C.** de cōformita.  
mḡos. **Q**uare etiam cris. di. et allegatur. xl.  
di. multi. **S**i bene uixeris et bene docueris po-  
pulum instruis. si bene docueris et male uixe-  
ris. tui solius p̄demnator es. **N**am bene uiuē  
debeat bñ aut̄ docēdo et pplm̄ instruis quō uiuere  
debeat bñ aut̄ docēdo male uiuendo deum in-  
struis quō te debeat condemnare. **U**gē ergo  
ueritatis et saluator noster uolēs fructuose po-  
pulum docere. quō ecclesiā frequentare debet

ret. et solennitates sanctorz venerari. et deum  
in omnibus honorare. quod vobis docuit. pri-  
us moribus et factis ostendit. **E**t ideo iā die  
festo mediante. ascendit prius in templū. et po-  
stea in templo uiam sequendi docuit et ostē-  
dit etc. **Q**ueritur cum docere et p̄dicare sit ma-  
gnū opus caritatis. **A**n liceat laicis sicut sa-  
cerdotibz consecratis. **E**t uidetur q̄ sic. quia  
olim predicabant laici de licentia sacerdotum  
xiii. di. mlier. **C**ōtra. xvi. q. i. ad i. c. **U**bi  
dicit. q̄ preter dñi sacerdotes nullus p̄dica-  
re audeat. **D**icendum est ut habet̄ extra de  
here. sicut in vno. **N**e heretica prauitas uel alia  
uicia sub specie virtutum occulte subintrent.  
interdicendū est laicis vniuersis cuiuscumq;  
ordinis censeant̄. officium p̄dicandi quia. p̄-  
dicare est dignum et laudabile officium. q̄d  
solum ad doctores ecclesie et sacerdotes ad-  
missos p̄tinet qui scienciā a dō datam pro ca-  
pacitate et utilitate audientū seminare debēt.  
**U**nde dicit. xvi. di. **E**cce. oportet cum qui  
docet et instruit animas rudes esse talem. ut  
pro ingenio discipulū seipm̄ possit aptare. et  
uerbi ordinez pro audientis capacitate et uti-  
litate audientum dirigere. **N**am sicut cor. ut  
dicit̄ in li. de animalibus. est nobilissimū mē-  
brum corporis. fons et receptiuum principū  
sanguinis. positum in medio. ut eum trāsfun-  
dat ad omnia alia membra. **S**ic doctor et  
predicator dignum habet statum. cuius fru-  
gem melioris uite non potest quis habere. q̄  
predicare et regere populum dei. extra de re-  
nunc. **N**isi cum pridem. **E**st em̄ quasimedia-  
tor dei et hominis. et ideo infusam scienci-  
am siue p̄ studium acquisitam sincerā caritate  
ad alia mēbra trāsfundere debet. quia in hoc  
exercet officium angeloz supreme hierarchie  
quorum interest inferiores angelos purgare  
et illuminare de secretis et oculis dei. ex ma-  
gistro. ij. sen. di. xi. **S**ed diceret quis. **N**ōne  
quilibet ex caritate tenetur alterum increpare  
informare et docere. **R**espondet alex. in. iij. q̄  
docere potest quis alterum tripliciter. scilicet  
**S**impliciter exhortādo et hoc puenit omnibz  
p̄dicando solū sacerdotibz cathedrā tenendo  
quod cōuenit solis doctoribz. **S**z nūquid di-  
acom̄ etiā possint p̄dicare. **P**ico q̄ sic de licē-  
tia sacerdotis. alias non. **S**ic etiam subdia-  
nus potest p̄dicare. q̄ p̄lationē et curā aiazuz  
bñe p̄. vñ p̄dicat rōne p̄latōis n̄ rōe ordinis.

**S**ed nunquid p̄dicatoꝝ tenet̄ facere illud quod p̄dicat asserendo. Respondet alex. q̄ te netur facere quicquid asserit faciendū. de his que p̄ninent ad necessitatem salutis. non autē que p̄ninent ad p̄fectionem religionis ad quā non omnes tenent̄. Sed nunquid peccatoꝝ p̄dicando peccat. R̄ndet idē q̄ aliquis docet q̄ tenet̄ ex officio q̄si de necessitate aliquis docet quasi ex voluntate. Item peccatū aliquod est notorium aliquod occultum. Dicit ergo q̄ existens in peccato notorio. siue p̄dicet ex necessitate officij siue ex voluntate peccat. Illum autē qui est in peccato occulto dicit peccare. cum ex voluntate p̄dicat et hoc ratione cōtemptus. non autē istuz qui p̄dicat ex officio dum tñ illud faciat cū dei timore. et quasi cōactus officij necessitate. **S**ilr autē p̄m aliquos videtur dicendum. q̄ existens in peccato siue occulto siue manifesto docens vel p̄dicans si non studeat de peccato dolere. simpliciter dicitur p̄temnere et ideo peccare. **S**ed queritur an in aliquo alio loco q̄ in ecclesia possit quis p̄dicare. Dicendum q̄ rationabiliter fit in ecclesia. q̄ ille locus ad hoc est magis aptus. Et hoc p̄pter tria vt alias habet. **E**nā exemplo xp̄i. qui in templo xp̄i docebat. **P**otest tñ etiā fieri in alio loco honesto siue publico. et non in priuatis domibus. ne suspicio heresis ex hoc oriat̄. di. xxx. si quis. **U**n̄ in aul. de ecclesia. s. si quis in sua domo. **N**ā domus in qua p̄uenticula celebrant̄ et occulte p̄dicantur publica est. **U**nde saluator noster dicebat publice in monte di. math. x. **Q**uod i aure auditis p̄dicare sup̄ tecta. **E**t cum interrogaret̄ de doctrina eius. R̄ndit ego palam locutus sum mundo et in occulto locutus sum nihil. **Q**uantū ad expositionē et p̄nuntiationem euangelij. **H**eri xp̄s eiecit de templo negotiatores. hodie corrigit falsos ypocritas et legis p̄uaticatores. **E**t p̄m hoc tres sunt p̄tes. **I**n prima notatur iudeoꝝ vituperabilis admiratio. ibi. quō hic litteras scit. **I**n secunda saluatoris laudabilis obuiatio. ibi. Nonne moyses dedit. **I**n tertia p̄uersoꝝ admirabilis confutatio. ibi. Nolite iudicare p̄m faciem.

**Q**uantum ad primū

festum de quo hic agit̄. fuit festum scenopagie. i. tabernaculoꝝ. cenos em̄ grece ymbra

dicit. q̄ tunc iudei comedebant in ymbra ciliis ramoz ad memoriā. xl. annoꝝ. in quibus fuerunt in deserto in tabernaculis quod festū fieri debebat p̄m dei p̄ceptum. leui. xxij. quinquagesima die mensis septembris. p̄ septem dies. quoz primus et vltimus solennes erant. in medio em̄ istius festi. s. quarta die. dñi erant de iuniores. ascendit ihesus hierosolimam in templum et docebat ibi. Mirabant̄ ergo iudei indignantes. vnde xp̄o tanta inesset sapientia et intelligentia scripturaz. et ergo in eius p̄temptum dicebant. estimantes eum esse filium fabri et puri hominē quō hic litteras scit cum non didicerit. **M**oraliter p̄ ymbra cula illa iudeoꝝ p̄uersoꝝ. designari possunt hereticoꝝ p̄uenticula. que solent haberi in locis tenebrosis et occultis. in quibus semināt zizaniam heretice p̄uicatis. **P**ra sanctam ecclesiam. redemptoꝝ noster. et eius genitricem matrem misericordie. querunt em̄ tenebras et fugiunt lucem sicut nocte. vt eoz nepharia opa non arguant̄. quia vt habetur. ff. de ven. inspi. l. i. s. si mulier. **T**enebre apte sunt ad fabricandū falsum. vñ iob. iij. **Q**ui male agit odit lucem. **O**mnes enim occulte actiones suspecte sunt. extra d̄ offi. iu. d̄le. p̄sultit. **H**ij enim heretici a suis nuncupantur apostoli. et vt p̄uicatem eoz occultent et simplices seducant. sanctitatem simulant. veniunt in vestimentis ouium. lutosos pedibus. vt veri imitatores apostolorum sed vt lupi rapaces oues rapiunt et seducunt. **N**am agricola celestis volens ex bonis hominibus horreum celeste replere. triticum bonum seminavit in sanctam ecclesiam scilicet humilitatem. castitatem paupertatem. **S**ed inimicus homo aduersarius dyabolus hominis attendens spoliationem inferni. vt deus in semine suo impediret et infernale horreum impleret. superseminauit zizaniam. contra humilitatem superbiam. contra paupertatem auariciam. et contra castitatem luxuriam. **E**x quibus omnibus p̄uicatis in celo in paradiso et in terra pullulant et omnis heresis. **N**am ex superbia orta est falsa expositio dictoꝝ. **E**x auaricia reprobatio iniqua sacramentoꝝ. **E**x luxuria affectio p̄uersoꝝ. **P**rimo namq̄ ex superbia orta est heresis multoꝝ. qui vt viderentur ab hominibus conati sunt dicta sancti euangelij et sanctoꝝ patꝝ falsis expositionibz declarare

Sicut nestorius arrianus. Bigles. buffo. et  
 quod plures alij. qui veritatem radentes. p. eorum  
 puerfa dogmata simplices adduxerunt. **I**sta  
 heresis vt prochdolor in cordibus multorum  
 addhuc latet. qui nec dictis sanctorum doctorum  
 nec ecclesie sancte pbent firmum assensum. imo  
 quia timore pene non audent ppalare pu  
 blice. occulte aures simplicium demulcent. et  
 eorum mentes seducunt. quos reprehendit apo  
 sto. **i. thi. vi.** Si quis aliter docet et non acqui  
 escet. sanis sermonibus domini nostri ihu xpi. et  
 ei qui secundum pietatem est doctrine. superbus  
 est nihil sciens de quibus etiam leo papa scribit  
 vt habet. **xxiij. q. iij.** Quid autem iniquum est im  
 pia sapere et sapientioribus doct. non credere.  
**S**ed in hanc insipientiam cadunt quo ad co  
 gnoscendam veritatem aliquo impediunt ob  
 scuro. non ad pblicas voces. nec apostolicas  
 litteras. nec ad euangelicas auctoritates. sed  
 ad semetipos recurrunt. et ideo magis erroris  
 existunt. qui veritatis discipuli non fuerunt.

**C**ontra hanc hereticam prauitatem debet ho  
 mo simplex de plana scriptura contentari nec  
 profunda et alta querere sicut faciunt ex super  
 bia quidam acuti spiritus. quibus nullus predicator suf  
 ficere subtilia predicare hi querunt altissima et  
 ignoratima. **E**t ideo non mirum quod sunt magne  
 intelligentie et pue conscientie. statim habent  
 altum et profundissimum casum. quanto enim altius  
 scandunt. tanto periculosius et damabilius ca  
 idunt. **Q**uare apo. ad ro. xi. admonet di. **ii. lo**  
**li** alta sapere sed timere dicunt nutrices. et sic  
 est. quod cum puulus claritati solis nimium expo  
 nitur et lignis propter excelsum luminis luscus effi  
 citur ac cecus. **qz. ij. de anima excellens sensibile**  
**destruit sensum.** Sic laici vtriusque sexus ex  
 nimia curiositate inuestigandi archana diuina  
 et subtilia. incidunt in hereses et cecitates me  
 tales. cum illa excedat intelligentiam illiteratorum.  
**A**d hoc designandum diuinus apostolus ra  
 ptus ad terciu celum. i. sanctam trinitatem vi  
 dit ibi archana que non licebat homini loqui.  
**E**xemplum figurat. **gen. xi.** In illis qui vole  
 bant turrim edificare vsque in celum sed in imo  
 confusi. et in lucifero qui eleuatus in supbia.  
 dixit in corde suo. ascendam in celum. qui ce  
 cidit in profundum inferni. et adam volens ha  
 bere scientiam dei. eiecus de paradiso. acqui  
 siuit insipientiam iumentorum. **Q**uare dicit  
puer. xxx. **N**el comede quod sufficit tibi ne

forte satiatus euomas illud. **E**t sequitur. quia  
 sicut qui mel comedit multum non est ei bonum.  
 sic qui scrutator est maiestatis opprimet a glo  
 ria. **S**ecundo ex auaritia etiam oritur heresis  
 damabilis. **N**am sicut puluis claros excecatur  
 oculos. sic auaritia multos excecavit meretorum  
 eorum a veritate ad falsitatem permutauit. est namque  
 quedam secta hereticorum. quibus omnia solent  
 esse communia non solum aurum argentum. sed  
 uxores et filie etc. **H**ic enim quos vident paupes  
 res. ad eorum errores per munera alliciunt. per  
 mittentes omnibus subuenire. sicut sunt. **C**al  
 dens. **H**ic occulte sanctam ecclesiam diffamant  
 in conuenticulis suis sacramenta spernunt. di.  
 propter auaritiam inuenta a sacerdotibus. **S**a  
 cerdotibus detrahunt decimas a christo in noua  
 lege firmatas. et a domino deo in lege veteri insti  
 tutas. ecclesijs tradere negligunt. et omnia or  
 dinata ad dei honorem et salutem animarum  
 impediunt et postponunt. de quibus aplos. **i. thi. iij.**  
**I**n nouissimis temporibus discedunt  
 quidam a fide attendentes spiritibus erroris  
 et doctrinis demoniorum et ypocriti loquen  
 tium mendacia. prohibentium nubere. abstinere  
 a cibis quos deus creauit ad percipiendum cum  
 gratiarum actione fidelibus. **D**e quibus etiam  
 habetur. extra de here. ad abolendam vniuersos  
 qui de sacramento corporis et sanguinis  
 domini nostri ihu xpi. vel de baptismo. seu  
 peccatorum confessione. memento vel reliquis  
 sacramentis ecclesiasticis aliter sentire aut do  
 cere non metuunt quam sacrosancta romana eccle  
 sia predicat vel obseruat. vel singuli episcopi per  
 dioce. suas cum consilio clericorum hereticos  
 iudicauerint. perpetui anathematis vinculo  
 innodantur hec lucius tercius. **E**t rationabiliter  
 anathematizantur qui dicunt sacramenta ec  
 clesie nil prodesse. nec suffragia defunctis va  
 lere etc. falsificantes doctrinam christi. roborata  
 et confirmata quinq; sigillis et plagis eius  
 vnde totam efficaciam et virtutem sacramen  
 ta sumpserunt. **V**oluit enim saluator noster  
 protra quemlibet morbum sufficientissimum ad  
 bibere remedium. **E**st enim duplex morbus.  
 scilicet culpe et pene. si morbus culpe aut origina  
 lis aut actualis. protra originalem culpam exhibi  
 buit baptisma in remedium. si autem actualis cul  
 pa. aut venialis. aut mortalis. protra venialem  
 dedit extremam unctionem. aquam benedi  
 ctam. et multa. si mortalis penitentiam. **I**n

In remedium aut pene exhibuit et dedit efficaciam. iij. alijs sacramentis. ptra. iij. penaltates inflctas hominib? ex peccato. que sunt pcupiscentia. infirmitas. ignorātia et malicia. Contra pcupiscentiam est matrimoniū. ptra infirmitatem est pfirmatio. in qua dat spūs. ad robur. ptra ignorantiā ordo. ptra maliciā eucharistia que est sacramentum caritatis. hec em sacramēta rationaliā a xpo ordinata sūt et a spūsancio inspirata. p omni necessitate hominis. vt peccata tollant et boiem ad vitam eternam disponant. et nō vt auariciā clericorū nutriant vt heretici dicunt. **Tercio** ex luxuria grandis pcedit heresis quorundam qui tracti pcupiscentia mulierū. puenticula celebrant. vxores pprias publicant et filias vt alijs mulierib? pmisceri possint. **Hij** etiā officium pditionis sibi vsurpant et occulte pdicant vt luxuriam cōmendant. et pntentes psonas et pntentiam vouentes vituperent. q̄s omnes sancta catholica ecclia excoīcat. vt bē. extra de here. cū ex iniuncto. vbi sic dicit. **Licet** desiderū intelligendi scripturas diuinas. et p̄m eas studium exhortādi reprehendendum non sit. s; potius p̄mendandū. in eo tñ apparerent quidam laici merito arguendi. qui occulta puenticula celebrant officium pditionis sibi vsurpant. sacerdotū simplicitatem elidunt. et eorū p̄fortium aspernant. qui talib? non in herent. **De** em lux vera que omnē hominem illuminat venientem in hunc mundū. intantum odit opera tenebrarū. vt apostolos suos in mundū vniuersum p̄dicaturos euangeliū omni creature missurus eis p̄cepit aperte di. **Quod** dico vobis in tenebris dicite in luce et q̄d in aure auditis p̄dicare super tecta.

**Contra** hanc hereticam p̄auitatem debet homo se cauere. vt talia occulta nō visitet. falsā doctrinam ptra fidem et veritatem manifestā non attendat. nec huiusmodi enormitātibus assentiat. sed reclamet. p̄deat vt p hoc penaz et maledictionē eternam euadat. quia non solum qui nouam sectam et h̄mōi hereses fingunt sunt heretici censendi et excoīcati. s; etiā qui talia assentiūt sunt heretici. **xxiij. q. iij. hereticus.** **Cū** cesarius narrat in dialogo suo. q̄ tpe henrici impatoris cum lucius papa verone ciuitate moram fecisset multis tam eccliarum prelatib? q̄ etiam regni principalibus ibidem p̄gregatis. Fuit etiā ibi quidam goth

schaleus. tñ canonicus maioris ecclie in colonia. cū fratre suo eberhardo canonico sancti georgij. quorū hospes pene singulis noctibus cum vxore et filia de vino ppria egrediebatur. **Quō** cū eberhardus p̄siderasset. secut? illū in domum quandam subterraneā satis amplam in qua multis ex utroq; sexu p̄gregatis. quidā heresiarcha sermonē blasphemie plenum. cūctis tacentib? fecit. p quem mores et vitam illorū instituit. demū extincta candela vnusquisq; sibi ppriam inuasit nullam habentes differentiā inter virgines et viduā. et dominam. et ancillam. et q̄d horribil? est sororem et filiam. Eberhardus hoc videns. vtputo iuueis vanus et luxuriosus cōsimulans se discipulū hospitis sui filie vlt̄ alteri cuiuslibet puelle in sermone se p̄iunxit. Cumq; hoc attemptasset bene ad annum dimidium. magister cunctis audiens ait. **Iuuenis** iste tam sepe frequētat auditorium n̄m. cito erit abilis ad docendū alios hoc audito amplius nō intravit. q̄ hoc narrante fratre suo. gotschaleus canonicus eum arguit. quare hoc attemptasset et eū hereticum nominauit. **Ipsē** respondit hanc conuenticulam non frequentasse p̄pter hereses s; p̄pter puellas. **Talis** est vita hereticorū. qui p̄pter luxuriam nō solum vxores et filias publicant. immo deū blasphemant et matrem misericordie. et totam eccliam obpbriose diffamant. **Hij** sunt falsi p̄phete de quib? hortatur **Matth. viij. cauere di. Attendite a falsis p̄phetis qui veniunt etc.**

### **Secunda pars in qua**

ostenditur obuiatio nostri saluatoris ibi. **Nō** ne moyses dedit vobis legem etc. Nam iudei malicia excecati. xpi opa nolebant credere eē opa dei sed demoni ascribebant. quia sabbatum violauit sanando alios infirmos. quare dicunt ei demoniū habes. **s. in cui? potestate hec opera facis.** **Lex** em dei p̄cepit custodire sabbatū. **Sed** xps respondens reprehendit eos de legis transgressione di. **Nōne** moyses dedit vobis legem **scz** exo. **xx.** **Nō** occides iustum et innocentes. et nemo ex vobis facit legem. ex quo queritis me interficere hominē innocētem et iustum. et hoc est signum q̄ estis p̄uaticatores legis. **Et** moraliter est notandum. q̄ sicut cecus p baculū dirigitur et artista p regulam. sic appetitus noxius hoīs

regulis et legibus coartat et dirigitur. Quare greg. ix. in pbenio decre. dicit. Lex ideo p dicitur vt appent? noxius sub iuris regula limitetur p qua genus humanum vt honeste viuat alterz non ledat. ius suum vnicuiqz tribuat informat. Unde legitur. ff. de ori. et pcessu iuris civilis. l. i. qd populus romanus primo sine lege siue iure sola potestate regis gubernabatur. sed postea aucta ciuitate populus sine lege transiens eam rex in tres diuisit ptes quas ptes curias appellauit. que tunc reipublice curam p sententias partium eaz impendebat. et ita leges quasdam ad populum trahit. Itet cepit populus romanus iure incerto magis et consuetudine vni qz eis p latam legem ordinata fuerant vsqz ad. xvij. annos. sed ne hoc diutius fieret placuit publica auctoritate xvij. psumi viros p quos peterentur leges a grecis ciuitatibus et ciuitas fundaret legibus quas in tabulis eburneis pscriptas ad oculos hominum posuerunt vt aperius omnibus apparerent. Dicit apparatus qd anteqz hoc fieret greci miserunt romam sapientem quendam vt exploraret an digni essent romani legibus qui cum romam venisset romani cogitantes quid poterat fieri. quendam stultum ad disputandum cu greco posuerunt vt si pderet tandem derisio esset. Grecus disputare cepit et eleuauit vnum digitum vnum deum signans. Similiter vero credens qd velle ipm vno oculo cecare et ipse eleuauit duos et ena cum eis pollicem sicut naturaliter euenit. quasi cecare eum vellet de vtroqz. Grecus aut credidit qd finitatez omderet. grecus itet manu aptam ostendit vt omderet oia nuda deo. Stultus aut timens maxillam sibi dari pugnum clausum quasi re percussurus leuauit. grecus intellexit qd deus omnia clauderet palmo. et sic credens romanos dignos legibus recessit et leges fecit his sapientibus concedi in ciuitate artenaz et la cedemomo. insti. de iur. natu. s. et non eleganter. et sic leges a grecis originem habuerunt sicut et quelibet scientia vt pshi. testat in pti sui tractatis. Ad ppositum nos assimilamur romanis qui ex nobis legem non habuimus sed a principio a grecis. i. celesti hierarchia a tota trinitate a qua omnis scientia originem habuit. ¶ Primus homo in creatione lege qualiter viuere deberet sumpsit et post fm vrietatem ipis. vt vitam homo directe a prin

cipio ad medium. de medio ad finem qui est deus dirigeret et reglaret. alias et alias leges a deo accepit qui est principium et medium et terminus omnis legislationis. vt dicit in auten. de priuile. totis coll. viij. Accepit namqz homo.

In statu innocentie legem rationis.

In statu negligentie legem timoris.

In statu clementie legem amoris.

Nam cum a principio deus hominem regem fecerit et dnm vninersorum legem sibi incidit rationis. vnde se et alios regere posset. q lex nature dicitur. quia inserta est animaliter oi homini imutabiliter iudeo gentili et xpiano. p hanc em legem homo habet pgnationem et intelligit qd bonum quid malum iniuriam nemini inferre neminem fraudare. a piurio abstinere. alieno piugio non insidiari etc. consilia quod cōcludit i his versibz. Quod tibi vis fieri fac et alteri. Et quod tibi non nec alteri facias. Per hanc legem obligamur ad omnia moralia et virtutes morales. nec aliquis excusatur. vnde apo. gentes que legem scriptam scz moysi non habent. sicut iudei naturaliter faciunt ea que legis sunt. discernendo scz bonu a malo. Et i casu. di. i. psuetudo dicit. Si ratione pstat lex. erit ei omne quod ratione cōstiterit. ¶ Sed di. cum homo p rationem te neatur et obligetur ad moralia. an solum moralia hominem iustificent sine fide. Pico q non. heb. xi. Sine fide impossibile e deo placere. Si ergo habens omnia moralia. nō habens fidem. non est deo acceptus. etiam non est iustificatus. sequit ex illo q multi ppter fidem et ante legem et in lege facientes moralia bona sunt saluati. Quod patet ad heb. xi. vbi plures ex eis enumerat. et eis ibidem dicit. Juxta fidem omnes defuncti sunt acceptis re promissionibus. Vn gen. xv. dicit. Gal. iij. Credidit abraham deo. et reputatū est ei ad iustitiam. Sup quo dicit nico. d. lira. q abraham ex fide rpi venturi iustificatus fuit. Ex quibus dictis patet q nō solum hi qui in lege scripta vel gratie sunt deo placent ena qui iuxta legem rationis deditam vixerunt moraliter deo placuerunt. ¶ Ideo eaz nullus trahit gredi debet. pntiendo legi membrorum que huic est contraria. vnd aplos. ro. vij. Etideo aliam legem in membris meis. repugnantem legi mentis mee. Iste em due leges habet se

adinuicem sicut due filie vnus. De quibus esopus ponit talē fabulā. q̄ p̄ ear̄ vnā nū/ p̄tū dedit figulo. alterā ortulano. Non lon/ go post visitando eas. venit ad illam quā de/ dit ortulano. querens quid ageret. Cui illa re/ spondit. pater si deus dederit nobis pluuiā ad irrigandū ortum. bene erit nobis. Venit ad alterā similiter querēs. Cui illa pater si de/ dederit siccitatē. vt vasa lutea valeam⁹ erica/ re. bene erit nob̄. Et dixit ille homo. Nescio si rogare debeam deū p̄ pluuiā vel p̄ siccitate. Ad p̄positum ille due filie sunt caro et spūs. que s̄m apo. gal. v. sibi inuicē aduersant. S̄ caro illa vt filia petit frequēter pluuiā. i. dele/ ctationē carnalē que militat aduersus animā. Spūs aut̄ alia filia petit siccitatē. i. tempa/ niam ⁊ abstinentiā rōnalem. Sed quia spūs est nobilior filia. et id desiderat quod bonum est. desiderio suo satisfaciendū est ⁊ desiderijs carnis nō est p̄descendendū. quod iubet vas electionis. ad gal. v. di. Spūs ambulate. ⁊ de/ sideria carnis nō p̄ficiatis. Sed quibus deus dederit nobis legem dirigentem ad celestia. eam tamen pauci seruant. inclinantes se pot⁹ ad modū azini ad desideria carnis. ¶ Queris que sit illa lex nature vel quando fuerit ho/ mini data. Dico q̄ lex naturalis seu ius natu/ rale inter omnia p̄matū obtinet. et dignitate aīcellit. vt habet di. v. hec que. Et habetur ibidem i glo. q̄ aīcedit alia iura origine quia incepit. ab exordio rationalis creature. Item dignitate p̄cellit. quia hoc ius nullā patitur immutatōne. Nam siquid ē p̄trariū iuri natu/ rali illud incongruū est. Itē antecedit ampli/ tudine quia iure naturali omnia sunt p̄munia. sed hoc non est alio iure. Item antecedit sen/ tentie rigore. quia p̄tra ius naturale nlla sit di/ spensatio. Sed aduersus alia iura sepe. Di/ xi primo q̄ lex naturalis p̄cedit origine alia iura p̄posita. p̄bat. quia omnes leges seu iura p̄posita que i p̄cessu tempis emanarūt. Ius aut̄ naturale in principio mundi durabit vsq̄ in finē. vñ di. v. Hec que dicit de lege natu/ rali. q̄ incipit ab exordio rationalis creature. Sup̄ quo dicit glo. q̄ inceperit p̄intelligen/ tiā. nō p̄ essentiā. immo vxius posset dici. q̄ incipit q̄ ad vsum quia ius naturale. i. natu/ ralis equitas ab eterno fuit. Dico secūdo. q̄ p̄/ cellit dignitate. quia nullā patitur immutatio/ nem. cum scribebat in cordib⁹ hoīm. Cñ aug.

ij. p̄fel. loquens de lege naturali dicit. Lex tua scripta in cordib⁹ hoīm quā nec vlla quidem delet iniquitas. Hoc idem habet di. vi. Nō est peccatū. s̄. bisita. ¶ Sed p̄tra de lege na/ ture est. q̄ nullus innocēs occidat. adulteri/ um nō p̄mittat. nec furtū. sed illa inueniunt̄ a deo esse mutata. Nam deus p̄cepit abrahe. q̄ filium suū innocentem occideret. gen. xij. Itē p̄cepit iudeis vt mutuata vasa egip̄tior̄ furiperēt exo. xij. Et p̄cepit osee vt vxorem fornicariā acciperet osee. i. Dico q̄ naturali morte omnes moriunt̄. tam innocēs q̄ rei. q̄ quedam naturalis mors. diuina p̄fate indu/ citur. p̄pter peccatū originale. s̄m illud. i. reg. ij. Dñs mortificat et viuificat. ideo absq̄ ali/ qua iusticia p̄t s̄m mandatū dei infligi mors cuiuslibet homi vel innocenti. Similit̄ accedēs ad inlierē alienā p̄mittit adulteriū. si aī hoc fa/ ciat ex mandato dñi. aliena nō est. nec p̄mittit adulteriū. Et eadē rō est. de furto. q̄ quicū/ q̄ accipit aliquid de mandato dei. qui est do/ minus vniuersor̄. nō accipit alienū sicut filij israhel egip̄tj̄s fecerūt. ¶ Dixi tercio. q̄ iure naturali omnia sunt p̄munia habet hoc exp̄sse di. viij. differt. vbi dicit q̄ iure nature omnia sunt p̄munia omib⁹ quod nō solū inter aposto/ los seruatiū creditur. qui habuerūt cor vnum et animā vnā in deo. Verū etiā a p̄bis credi/ tum inuenit̄. Nam apud platonē illa ciuitas ius/ s̄sime ordinata tradit̄ in qua quisq̄ p̄prios nescit affect⁹. Iure vō p̄suetudinis vel insti/ tutionis hoc meum est. illud vō alterius. pro/ pter quod habetur in. c. sequenti. Tolle iura imp̄atoris. ⁊ quis audeat dicere. hec villa mea est meus est iste seruus. mea est hec domus. Sed p̄tra. quia si sequerēt q̄ ordo non debe/ ret esse in hominib⁹ et in mundo. quod esset inconueniens. quia omnes essent equales. ⁊ sic tolleretur seruitus. amicitia inter vxores ⁊ li/ beros. fratres ⁊ p̄sanguineos. et pater filie iū/ geretur. et filius matri. et p̄laris vxori prin/ cipis. que omnia essent incōueniētia. nō em̄ na/ turā p̄ant vt diligant̄ p̄munes femine sic vxores. et alij filij sicut legitimi filij. alieni sic fr̄es. ¶ Et taliter arguit aref. ij. polit. in prin. p̄tra platonē qui esse p̄munia estiauit optimū. Di/ co q̄ de lege nature simpliciter nō omnia dñt esse p̄munia. quia quedā ex instinctū nature et lege naturali sunt exempta. nec p̄iuges esse debent p̄munes nisi ad vsum obsequij et dile

ctionis. Non autem quo ad usum carnis copule. ut habet super dabo. Et iuges. xij. q. i. dilectissimis. Nam et in statu innocentie vbi simpliciter omnia fuissent communia. et ad imperium rationis omnia membra fuissent mota. mulieres. tamen quo ad usum carnis non fuissent communes. Et ideo ponit in priu. ff. v. dicit. q. ius naturale est maris et femine coniunctio. quam nos matrimonium appellamus. et hoc fuisset etiam ante peccatum in statu innocentie. ut dicit sanctus thomas in. iij. super sen. di. xvi. q. ij. ar. iij. Et si sic plato senserit q. omnia essent communia q. ad usum obsequij et dilectionis. bene sensit. si autem ad usum carnis. bene impugnat ab arete. et hoc videtur sensisse ex eo quod dicit in thi meo. hoc impossibile fore in esse. propter varias passiones diuersorum hominum. tamen pragmatici viuunt in communi. sed uxores habent determinatas. non propter libidines. sed sobolis amore. ut habetur in epistola quam alexander scripsit Ita et apostoli habuerunt omnia in communi. tamen illa que de lege nature deberent esse exempta magis dilexerunt sicut pie credendum est q. be. pe. petronellam filiam suam plus dilexit quam aliam iuuenulam. et alij discipuli suos sanguineos. et sic ordo perfectus seruabat inter eos. sicut ordo magis perfectus est inter religiosos qui omnia habent in communi. Sic communis possessio vna libertas omnium de iure naturali est inducta. Sed modo distinguo. possessio et seruitus non sunt a natura indite sed per hominum rationem ad necessitates humane vite instituta. nec per hoc lex nature est mutata. sed per additionem magis declarata. sic etiam de multis videtur ecclesia dispensare. ut violatione sabbati. quod tamen non est ita cum sint precepta dei. sed bene ea ad intellectus legislatoris interpretatur. Secundo homo accepit legem timoris que fuit lex moysi magis per infusiones penarum cobibens manum quam animam. De qua apo. ad gall. iij. Lex propter transgressores posita est. vbi est varietas membrorum ibi necessario habet diuersitas remediorum. Cum autem post diluuium populus peculiaris dei multiplicaretur. ne ritu gentilitatis ad ydola conuerterentur. sed vnum verum deum colerent et moribus ceremonijs ab alijs distinguerentur dedit eis deus leges quibus iustificari possent et in dei voluntate permanere. Sed que ritur an precepta ve. legis iustificauerint ea

uantes. ad quod respondendum premitto vnam distinctionem. videlicet q. plura sunt precepta veteris legis. quedam sunt moralia quedam ceremonialia. et quedam iudicialia. Precepta moralia efficaciam habent ex dictate naturalis rationis. et cessante lege esse non desinunt. a principio enim mundi inceperunt et durabunt usque in finem semper. Ceremonialia autem pertinent ad cultum dei et sunt figuralia et cessabant figurato adueniente. scilicet christo in promulgatione euangelij. ita ut si quis postea seruaret peccaret mortaliter. Iudicialia autem precepta sunt hec que pertinent ad ordinationem hominum ad inuicem. et vim obligandi non habent ex sola ratione. sed ex sola institutione et lege cessante non obligant. sicut nec ceremonialia. Tamen si quis princeps in suo regno eadem precepta ordinaret seruari. non peccaret dummodo ea intentione non faceret ut vim haberent ex ve. lege. non tamen iustificabant ipsas seruantes probatur alias sequeretur q. christus fuisset inutiliter incarnatus. et legem dedisset per quam oporteret iustificari. etiam sine causa mortuus esset quod non est dicendum. Contra sacerdos per aspersionem sanguinis vituli exprobat sanctuarium ab imundicijs filiorum israhel et per uariationibus eorum atque peccatis. ergo legalia virtutem habebant iustificandi a peccatis. Quod patet leui. xvi. Dico q. legalia non poterant in se realiter continere virtutem. profluentem a christo incarnato et passo sicut modo continent sacramenta noue legis. et ideo non poterant a peccato mundari. Sicut apo. dicit ad heb. x. q. impossibile est sanguinem. scilicet thaurorum et hircorum auferre peccata. Poterat autem mens fidelium tempore legis per fidem christi coniungi incarnato et passo. et ita ex fide christi iustificabantur. cuius fidei prestantio erat homini ceremonialium observatio in quantum erat figura christi. Et ideo pro peccatis offerebant sacrificia quedam in ve. lege. non quia ipsa sacrificia a peccatis mundarent. sed quia erant quedam prestantiones fidei que a peccato mundabant. Auctoritas autem predicta intelligitur de peccato seu imundicia carnis non mentis. Sicut apo. dicit heb. ix. q. sanguis thaurorum et hircorum et cinis vituli aspersus inquinatos sanctificat ad emundationem carnis non mentis. Secundo concludo. Tempore legis et ante legem et absque obseruantia. ve. legis poterant aliqui saluari. probatur per dyoni. de cele. ierarchia. c. ix. vbi ex inter

tionem hanc conclusionem tenet di. q. multi gē-  
nium p angelos reducti sunt in deum. imo  
ad dignitatem quandam sunt sublimati sicut  
melchisedech qui fuit summus sacerdos. **¶** Et  
etiam tenet dñs albertus glosator eius qui ec-  
inter alia loquens de viris pfectis de gentibus  
nominat melchisedech. **¶** Job licet ab abrahā  
descenderit et ysaac non in de filiis israel. qz  
ab israel non descendit. sed a fratre suo esau.  
et quintus fuit ab abrahā. vt habetur in. iij.  
plogo sup iob. quem tñ non omēs bible ha-  
bent. **¶** Isto tñ non obstante sanctus reputatur  
ut ex libro suo clare patere potest. **¶** Ex quibus  
sequitur bene correlarie qz pie credendū  
est et tenendū qz plures pbi sunt saluati. max-  
ime aut plato et aref. ex eo qz moraliter erant  
boni. et virtuose vixerunt. et catholice in suis  
libris sunt locuti. **¶** Nam plato dixit in thimco  
qz mundus a deo esset factus. et bonitas causa  
fuit satisfactionis mundi. et origo omnium re-  
rum. **¶** Item narratur in histo. romanor et ha-  
bet scda scde. q. ij. arti. vij. sol. terci. argumē-  
ti. qz inuentus fuit quoddā sepulchz in quo ia-  
cebat homo mortuus. et dicunt plures qz fu-  
it plato habens laminam auream in pectore i-  
qua erat scriptum. xp̄us nascet ex virgine. et  
credo in eum. **¶** In aref. hoc idem apparet. qz  
dicit in li. de secretis secretorum. qz deus glo-  
riofus creauit hominē. et fecit eū nobilissimū  
animalium. et in li. de morte aref. qui intitula-  
tur de pmo. dicit qz creator de nichilo fecit  
ens. **¶** Et ibidem dicit melon pbus discipulus  
aref. qz abrahā erat sapientior omnibus qui an-  
te ipm fuerunt. **¶** Intellexit qz tota generatio  
sua ibat in errorem. et tunc pcepit ei deus vt  
immolaret filium suum vnigenitum. et voluit  
hoc facere. vt cum esset pfectus ad seruitium  
dei. et si esset secutus vñā patris sui. qui adora-  
bat ydola. et tunc fert dixisse aref. placet mi-  
hi respōsio melonis. et multū s̄mones sui pla-  
cuerunt nobis. et vritatem dixit. et cōfiteor  
verba sua et laudo intentionem suam. **¶** Ecce  
qz clare patet qz p̄dicti pbi senserunt de hīs  
que sunt fidei. **¶** Tercio in statu clementie  
sive grāie deus dedit homini legem amoris.  
scz euangelij xp̄i. quod non dedit in tabulis  
lapideis. sicut legem patrum. sed lex fidei scri-  
pta est. per spiritum sanctum in cordibus fide-  
lium. **¶** Unde aug. de spū in littera di. **¶** Sicut  
lex p̄m fuit in tabulis lapideis. ita lex fidei

scripta est in cordibus hominum siue fidelium  
**¶** Item apo. ij. cor. iij. loquens corinthijs. p-  
tumpit in hęc verba. **¶** Quoniam epla xp̄i est  
ministrata a nobis et scripta. non atramento  
sed spū dei viu. non in tabulis lapideis. sed  
in tabulis cordis carnalibus. i. in cordibus p-  
caritatem dilata. **¶** Sed diceret. que est dif-  
ferentia inter legem nature inditam cordibus  
hominum. et nouam que etiā per spiritum san-  
ctum inseritur. **¶** Dico qz lex naturalis inditur  
homi sine supaddito dono gratie sed lex amo-  
ris. scz noua per supadditum noue gratie in-  
ditur. et ideo non solum indicat quid sit faci-  
endum nature. sed etiam adiuuat ad imple-  
ndum. **¶** Differt etiā noua lex a veteri. quia lex  
vetus est quasi pedagoga puerozum. **¶** Ad gal.  
iij. **¶** Ideo be. aug. ad numatianū manichei di-  
scipulum differentiam legis et euangelij di-  
xit esse timorem et amorem. **¶** Ideo lex vetus si-  
cut pueris et imperfectis per comminationes  
penarum. et promissionem rerum temporalium  
induxit antiquos ad obseruantiam man-  
datorum. **¶** Lex autem noua. cuius virtus p̄-  
cipaliter consistit in ipsa spirituali gratia indi-  
ta cordibus dicitur lex amoris. que p̄mittit  
spiritualia bona et eterna. que sunt obiecta vir-  
tutis precipue caritatis. et ita per se in ea incli-  
natur. non quasi in extranea hz quasi in p̄pria  
et propter hoc etiam lex vetus dicitur cobibe-  
re manum non animum. quia qui timore  
pene ab aliquo peccato abstinet. non simpli-  
citer eius voluntas a peccato recedit. sicut vo-  
luntas illius qui amore iusticie abstinet a pec-  
catis. et propter hoc lex noua que est lex a-  
moris dicitur etiam animum cobibere. **¶** **¶** **S**  
fuerunt tamē aliqui in statu ve. test. habentes car-  
ritatem et gratiam spiritus. qui principaliter  
expectabant sp̄iales p̄missiones et eternas.  
**¶** Et s̄m hoc pertinebant ad legem nouam sim-  
pliciter. etiam in no. test. fuerunt aliqui carna-  
les. nondum pertingentes ad perfectiones no-  
ue legis. quos oportuit etiam in nouo testa.  
induci ad virtutis opera propter timorem pe-  
narū et. per aliqua temporalia promissa.  
**¶** **¶** **S**  
**¶** Sed queritur vtrum lex noua sit grauior le-  
gi veteri. **¶** Et videtur qz sic. quia quod se habz  
p̄ additionē ad aliud ē grauius illo. sed lex noua  
habz se p̄ modū additionis matb. v. **¶** **¶** **S**  
Non veni soluere legem et. **¶** **¶** **S**  
Nisi iusticia v̄ra habun-  
det plus scribarum et. **¶** **¶** **S**  
Contra matb. xi.



**I**ugum enim meum suauis est. et onus meum leue. **P**ro in lege veteri tria oportet considerare. scilicet precepta moralia. ceremonialia et iudicialia. **S**i enim comparemus legem nouam ad antiquam. quantum ad precepta moralia sic eadem sunt hic et ibi. hic tamen sunt magis explicita. **S**i autem comparemus legem nouam ad antiquam. quantum ad precepta ceremonialia. tunc lex antiqua longe grauior est quantum ad multitudinem et quantum ad grauitatem et difficultatem seruandi. **U**nde aug. ad ianuarium refert. quod rab. moy. numerauit in lege sexcenta precepta. **I**n lege autem noua. non sunt nisi vij. sacra. ad que. tamen non omnes obligantur. sed ad coniugium et ordinem. **S**i autem comparemus legem nouam ad veterem penes iudicialia. tunc lex noua leuissima est. quia nulla iudicialia christus imposuit. **A**d argu. dicendum. quod lex noua se habet ad per additionem. intelligendo explanationem. non autem alio modo super addit. nec ad iudicialia nec ad ceremonialia nec ad moralia etc.

### **Tercia pars in qua ostenditur iudicialia iudeorum confutatio. ibi. Nolite iudicare.**

**N**olite iudicare. pro quo nota. quod pharisei inuidia excecati et malicia. legem solum attendebant extrinsece iuxta litteram. quasi solum prohibens opera seruilia fieri die sabbati. et sensus legis qui non prohibet opera pietatis et salutis. sed potius iubet fieri die sabbati non curabant. et ideo christum qui iuxta sententiam legis opera pietatis exercuit redarguerunt. christus autem eos propriis suis actionibus confutabat de circumcissione quam fecerunt die sabbati. que tamen circumcissio non fuit ex lege dei. **U**num opus. scilicet pietatis feci. curando. scilicet paralyticum in sabbato et omnes miramini. **N**am moyses dedit circumcissionem. non quod esset ex lege. quia non includitur in preceptis legis. cuius sit quoddam ceremoniale. sed quia fuit ex patribus. scilicet abraham. qui ipsam accepit in signum salutis. quam vos facitis in sabbato. et que est tantum secundum partem corporis. **E**go autem in sabbato totum hominem sanum feci cum magis licita sit. et melior sanatio hominis in anima et corpore. quam circumcissio tantum corporalis. **E**t ideo nolite iudicare temerarie secundum faciem. id est exteriorem apparentiam et litteram simplicem. que occidit. sed sensum in-

spicite et veritatem. et videbitis me non violasse sabbatum etc. **M**oraliter cum nobis solum consent exteriora etiam debilitate et de interioribus nihil sciamus quorum deus solus cognitor est valde frivolum et maliciosum est nobis iudicare occulta hominum. et usurpare diuinum officium. **A**ctio enim hominis indifferens ad bonum et malum. cum est nobis dubia. interpretari debet ad meliorem partem. ut habetur extra de reg. iuris. **E**stote misericordes. **S**uper quo verbo dicit beda in omel. hoc loco nil aliud precipi nobis estimo nisi ut ea facta in quibus dubium est quo animo fiant. in meliorem partem interpretemur. quod enim scriptum est ex fructibus eorum cognoscens eos. de manifestis dictum est. quia secretorum deus index est. xxxij. di. erubescant. **M**anifesta autem sunt que non possunt bono animo fieri. ut stuprum blasphemie. furta. ebrietates et similia. de quibus nobis permittitur iudicare. **P**rotra hanc regulam obijciunt. dubia in deteriore partem sunt interpretanda. extra de hoc. ad audientiam. **U**bi dicitur. quod si aliquis dubitat utrum ex vulnere quod intulit alicui. ille sit mortuus. debet se reputare homicidam. et non exequi officium suum. et qui dubitat an sit baptizatus. presumitur non baptizatus. tenendum est ergo in dubijs illud quod minus et certius est. **P**ro quo ubi periculum anime vertitur. illa dubia in deteriore et tutiore partem sunt interpretanda. **I**n peualibus tamen causis. benignius est interpretandum. ff. de reg. iur. l. factum. **E**t de quibus est dubium quo animo fiant. in meliorem partem interpretanda. **U**nde etiam quilibet presumitur dignus. nisi probetur indignus. extra. de scrutinio in or. fa. c. i. in tex. et glo. **D**e oculis igitur facis hominum. temerarie nullus debet alium iudicare. **E**t hoc propter tria. scilicet **A**lienitatem dei auctoris. **O**bscuritatem recte veritatis. **G**rauitatem proprie iniuriam. **P**rimo iudicare temere non debemus cum alieni sumus ab hac auctoritate que solius dei est. **N**am sicut nulli iudice licet subditum alterius iudicis iudicare. ut dicitur. vi. q. iij. iudicium. **S**ic nec homo cor hominis licet iudicare. quod est subditum soli deo. i. reg. xvi. **H**omo iudicat que foris sunt. deus autem intrinsecus cor. **E**t ad roma. xiiij. **T**u qui es. qui iudicas

alienum seruum. Ideo qui ocula hominum temerarie iudicant dñm contemnunt. sibi officium solius dei vsurpando. quod hodie valde commune est. tam viris q̄ mulieribus. et specialiter senibus. Et ideo quicumq; tales sunt. sunt peiores bestijs. serpentibus et demonibus. nam bestia q̄uis crudelis sit. tamen q̄ est irrationalis declinat quandoq; crudelitatem. quando non habet hominem inuadentem. Iudex autem temerarius q̄uis sit rationalis. nunq; tamen cessat crudeliter declinare et dilacerare famam hominis. sedeat. vadat comedat sine bibat inter nobiles et ignobiles sp̄iales et seculares dentibus suis venenosis proximum infamit et inuadit. quez tamē i presentia non vidit. Est etiam prior serpente. nā serpens timet hominem. et ideo querit eum occulte ledere et veneno inficere. si autem nō poterit fugit ab eo. Sic autem habens maliciā serpentis non timet nec magnum nec potentem. nec spiritualem nec secularem. semper inficit ore polluto et lingua maledicta. Est etiā peior dyabolo. quia si dyabolus videt iustum et sanctum. non audet eum tangere. dyabolicus autē ille cū viderit hominē sanctum vel bonestum. non timet sed eum cōtemnit. eum difamam et honestatē eius amibilat. Quare merito p̄s ait. Dentēs eorum arma et sagitte et gladius. scilicet lingue eorum acutis. **S**ecundo p̄pter obscuritatem et cecitatem recte veritatem iudicare non debemus. Sumus enim ceci et ignari de veritate rei. non enim possumus scire qua intentione. vel quo animo facta fiant. quia deus solus scrutator cordium et occultorum. vt premissum est. Sed multi sunt qui videntur esse de natura oculi. qui vident alia et se ipsum videre non potest. sic isti vident et attendunt facta aliorum. sed sua nō considerant. festucā in oculo fratris corrigūt. trabem autem magnam in oculo proprio amouere nolunt tales secundum veritatem nō iudicant. sed secundum quod in se sentiunt. sic metallum solum in modulum. formam suscipit quam in se habet. sic aliqui sunt ita pueri qui iuxta formam et maliciam suam quam in se habent. officia alios esse in modulo cordis estimant formatos. Hi quasi infirmi ex corruptione gustus. omnia insipida et mala iudicant. que tamen in se dulcia et bona esse comprobantur. De quibus prouer. xvij. qui iusti

ficat impium et condemnat iustum. abominabilis vterq; est apud deum. Tales fuerūt illi duo senes iudices inueterati malis. qui cōdemnauerunt innocentem susannam vsq; ad mortem. p̄pter ppriam concupiscentiam malam. De quibus dan. xij. **T**ercio non debemus iudicare quemq; temerarie. quia forte maiori sarcina peccatorum sumus grauati q̄ hi quos iudicamus. Qui enim deficit i iudicio in eo quod p̄pinquum est. quomodo iudicat quod remote est. eccl. vij. Noli querere fieri iudex. nisi virtute valeas irumpere in iniquitates. Super quo dicit greg. Debet quisq; pprias virtutes perpendere et pro qualitate virium. curam aliorum suscipere. nedum delectetur in loco glorie. fiat subditiū autor rīne. et quia grauatur pondere suorum. velit fieri iudex alienarum culparum. Durus est enim vt qui nescit moderamen vite sue. vt fiat iudex aliene vite. decille. Qui ergo vult esse iustus incipiat a seipso. et faciat de se iudicium et non de alio. Quia s̄m apo. i. cor. xi. Si nos ipsos iudicemus non vniq; iudicemur. Cū dixit quidam senex. sicut legitur in v̄isparū q̄ quādo deus flagellauit egyptum nō erat romus in qua nō erat mortuus. et dixit discipulis. Quid est hoc verbum. dixit senex. quia si p̄spererimus peccata n̄ra non videmus aliena. Stultū enim est homini. habenti mortuū relicto eo abire et flere. mortuū primi sui. Et iterum dixit senex. nisi habuerit homo in corde suo q̄ peccator est. deus eū non exaudit. et dixit discipul. quid ē hoc. Dixit senex. si quis videt peccata sua. nō p̄siderat aliena. s; p̄siderare p̄c̄a aliena piculosū est. Sic qui habet radiū solis in oculo directe nō videt solē. nec aliqua sibi p̄pinqua. habet enim visus quasi ex cecatum. sic radius est opus bonum. vel aliq; gratia a deo data. quā si homo recipit. seipm extollendo et alium despiciendo. cecus est. Sed si in eo quid boni facit adhuc seipm parū pendit. et alios in bonis extollit ver? iust? est

**Feria quarta post Letare.**

**D**eteriens iesus vidit hominem cecum a natiuitate. Et interrogauerunt eum discipuli eius dī. Rabbi quis peccauit. hic aut parentes eius. vt cecus nasceretur. ioban. ix. Plato in thib meo dicit. q̄ n̄ est. cuius ortum causa legitia